

Wa
370



VI. 36.

2.509

[Faint handwritten text on a small paper fragment]









HISTORICA
TVRINGIÆ DE-
SCRIPTIO.

In qua

De Gentis Origine, Re-
gno, Comitibus & Landgrauijs,
usq; ad Henricum Sextum, quo ad
Vlmam sagitta traiccto, Turingia
ab Hesia auulsa ad Marchiones
Misniæ est deuoluta, deq; inclitæ
& liberæ urbis Erffordiensis
exordio & incremento
breuiter tractatur,

Autore

*Iobanne Ixenschmidio, Pastore Eccle-
siae in Minori Tenstlad.*


M. D. XCVII.

AMPLISSIMIS VI-

ris, pietate, eruditione, sapientia & humanitate
praestantissimis DD. Consulibus, Aedilibus, totiq; ordini Se-
natorio inclitae & liberae Reipub: Erfordiensis, Domi-
nis suis observandis, S. D.



Reclare scribit Seneca, Nemo patriam dili-
git, quia magna, sed quia sua. Ulysses ad
saxa Ithaca properat, quemadmodum Aga-
memnon ad Mycenarum nobiles muros.
Brevis sane sed arguta sententia, qua si-
gnificatur, unumqueng; singulari quodam amore ad comple-
tendam & ornandam patriam suam ferri, licet illa fertili-
tate soli, aedum splendore, frequentia civium, aeris salubrita-
te, & caeteris ad vitam commodè degendam ad iuniculis non
admodum excellat. Et quanquam multis occasio sese offe-
rat, ut diuitijs aucti apud exteros honesto loco uiuant; nata-
lis tamen terrae memoriam eis semper esse dulcissimam, &
ex ipsorum animis euelli nunquam posse. Exempla illustria
in historijs occurrunt, nos unum atq; alterum breuitatis caus-
sa perstringemus. Sertorius testante Plutarcho, primum
quidem patriae amator est, qui ad Metellum Pompeiumq; mit-
tebat, se paratum offerens, depositis armis priuatū in urbem
redire uelle, si sibi permittatur. Malle enim se Romae ignobi-
lissimum ciuem, quam exulem omnium aliarum ciuitatum
imperatorem nuncupari: sed postea idem iracundia praecipit,
nec pres



nec precibus matris & conjugis quicquam loci relinquens, ci-
uibus suis arma intulit, & deuictis quatuor ducibus, Metel-
loq; & Pompeio in fugam aëlis, à Marco Perpenna familia
ri suo in conuiuio insidiosè obtruncatur. Codrus pro patria
non timidus mori, permutato regis habitu, pannosus sarmento
ta collo gerens, castra hostium ingreditur. Ibi in turba ob-
sistentium à milite, quem astu falce vulnerauerat, interfici-
tur. Cognito regis corpore, Dorienses sine prælio discedunt.
Atq; ita Athenienses, uirtute Ducis pro salute patriæ mor-
ti sese offerentis, bello liberantur. Delectatus igitur & ego
recordatione auorum nostrorū, nonnulla de origine Tyrige-
tarum ex libris Chronicis & manu scriptis eruta congeffi,
non equidē integrum historie uolumen contextus, sed summa
sequens fastigia rerū, locos tantū tractaui, qui in describen-
da regione adhiberi solent. Vbi in primis opera data fuit, ut
Comitum & Landgrauiorum Turingiæ continuam seriem
à Ludouico primo usq; ad Henricum sextum, quo ad Ulmam
caso Turingiæ & Hessiæ destructio secuta est, deducerem.
Marchionem Misniæ, qui Comitatus prouinciali Turingiæ
Ducatum atq; Electoratū Saxonie adiecerunt, prosapia &
res gestæ ex Chronicis Misniacis, quæ publicè extant, cogno-
sci possunt. Nunc cum scriptum hoc in lucem proferre decre-
uissem, et uerò, ut mos est, patronus ei quæreretur, id in inclitā
clientelam uestram, amplissimi Viri, Virtute, eruditione &
pietate præstātissimi, Domini obseruandi, cōmendare, uobisq;
præcipuè uouere visum est, cū urbs uestra gentis nostræ lu-

A ij men sit,

men sit, & cōmune quoddam emporium, quò singuli ad cōmē-
menda ea, quæ ad cultum et uictum pertinent, quotidie cōflu-
unt. Hoc, qualecunq; id est, ut pro bonitate uestra, et erga bo-
narum artium studia, fauore singulari boni consulatis, ue-
stroq; patrociniō tueamini, rogo atq; oro. Deum æternum
Patrem Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi precor,
ut incitā Rempubicam uestram, ad laudem sanctissimi
Nominis sui, & subditorum incolumitatem & salutem per-
petuam, feliciter promoueat, custodiat, conseruet. Ex mi-
nori Tenstad, postridie solstitii, Anno Christi 1597.

Vestra Magnificentia & Prudentia obseruantis
Iohannes Ixenschmidius, uerbi
diuini ibidem minister.



HISTORICA TV. RINGIAE ET PRIMARIAE VRBIS ERFORDIENSIS DESCRPTIO.



Erra iacet fluiuis hinc illinc septa duobus,
Præcingunt syluæ cuius utrumq; latius.
Pinifero de monte fluens hac gurgite saba
Claudit, ab Eoo quâ venit orbe dies.
Eius & extremos Neopyrgi mœnia fines,
A populo dirimunt Misnia culturauo.

Auspiciis extructa tuis Ludouice Secunde,
Tyrigetum princeps inclite, Marte potens.
Vndè uenit Boreas, duros Northusa Cheruscos,
Meruigo primum condita rege, uidet.
Obruit hanc subito penè hostica turba tumultu,
Cum foret insidiis porta reclusa nouis.
Ciuis at infudit feruentes desuper undas,
Quas sapidas lupulo mixta polenta facit:
Ac sternens mediis infusum mœnibus hostem,
Immersit puteo corpora multa uirum.
Indicio fons est, multa qui tectus arena
Sic licet, à Francis nunc quoq; nomen habet.
Hic Ifelda uiget formatrix sedula morum,
Soluti ibi linguis Pieris ora tribus:
Inclita facundi scriptis Ifelda Neandri,
Dicitur Elgerus quam statuisse Comes:
Traxit ab excelso sua qui cognomina saxo:
Posteritas seruat nunc quoq; nomen idem.
Hesperio condit quâ Cynthius æquore uultum,
Piscoso cingit flumine werra latius.
At Turingiacus pluuialem saltus ad Austrum
Porrigitur, piceis ilicibusq; frequens.

A iij

Triticeæ

Trisicea messis tellus fecunda, Egeo
 Fertilis, ac multa quam rigat amnis aqua.
 Pasqua nec desunt letis uiridissima pratis,
 Lanigerumq; salit culta per arua pecus.
 Herbaq; tingendis tractatur idonea lanis,
 Quam possim largo sœnore reddit ager.
 Quid memorabo lacus, quorum tenet alter oloris
 Nomen & Unstroti tarda fluenta petit?
 Alter aquis agros cognominis irrigat urbis:
 Nostra solent Album sæcla nocare lacum,
 Derogo nil lacubus, quibus ITALA terra superbit,
 Aut cinctæ Helueticis quos habet ora iugis.
 Sint illi spaciis & aquarum mole celebres:
 Hi quoq; cantari cur mereantur habent.
 Tyrigetas proaui dixere prioribus annis,
 Quos nunc Turingos sæcula nostra uocant.
 Gens ea, rege nouas monstrate Tuiscone terras,
 Arctoe tenuit frigida regna plagæ.
 Alluit Oceanus qua littora Balticus, & qua
 Cinctæ iacet uasto Cymbrica terra mari.
 Quà præterlapsus formosas fluctibus urbes,
 Latus in æquoreas it procul. Albis aquas.
 D. Albis, ab undenis qui sumit fontibus ortum,
 Forsitan & causam nominis inde trahit.
 Gens pagis distincta suis, latisq; superba
 Finibus, angusto quæ modò clausa solo est.
 Iamq; ferè centum sol aureus egerat annos,
 Sidera qui mundum per duodena regit:
 Tyrigetaq; mari uicinas relinquere sedes
 Coguntur, Saxo dum fera bella mouet.
 E. Deueniuntq; locos, ubi nunc de uirgine dictam,
 Spumiferis urbem præterit Albis aquis.
 Quam primus ualidis muris circumdedit Otto,
 Ede sacra instaurans ciue domoq; locum.
 Cum uicus tenuis foret atq; ignobilis ante,
 Dirutus insursu belliger Hunne tuo.

Clara

Clara per Europam nunc urbs templisq; scholisq;
Marte, toga, ingenii, diuitiisq; viget.
Postq; tot exhaustos, resolutus morte, labores
Casar in hac idem conditus urbe iacet.
Et qua Bruno suo de nomine mœnia fecit,
Brunonis vicum lingua hodierna vocat. F.
His quoq; facta diu prohibent consistere terris,
Sic firmum toto constat in orbe nihil:
Trans nemus Hercynium pugnaci à Saxone pulsè
Hac demum figunt in regione lares.
Altera pars gentis fertur tenuisse penates,
Sarmaticos ingens qua rigat Ister agros.
Quaq; Tyras, hodiè quem barbarus accola Nestrum
Dicit, in Euxinas exoneratur aquas.
Indè procul migrans, aliis dum quærit in oris
Pascua felices fertili ra soli:
Ac fugiens exosa feræ commercia turbæ,
Deseruit veteris Marte coacta domos.
Perq; hostes tendens, per mille pericula rerum,
Vallibus his populo consociata suo est.
Quas Sala irriguas & VVipperæ & Ilms, Hiera,
Helmus & Vnstrutus Leinoq; & Helba facit.
Non sine Marte tamen terra est possessa, uetustus
His Sorabus terris eiciendus erat.
Forsan & à fluuio nomen traxere Getisq;
Tyrigete, quorum stirpe fuere scii. G.
Sive quod ad belli fuerit gens dura labores,
Nomina Duringis imposuere patres.
Seu quod pars esset preciosior ista Getarum,
A uirtute sua nobile nomen habent.
Sic exoptata Turingi pace fruuntur,
Gens operosa, diu regibus usa suis.
Quos sibi delegit veterum de stemmate regum,
Sub quorum scepro Francica terra fuit.
Vieta sed Hunnorum sub leges iuit acerbis,
Barbarico subdens colla premeunda iugo.

Attila

- H. Attila dum stricto metuendus acinace bellum,
Italia & Gallis Teutonibusq; facit.
Attila, terrarum clades, ac triste flagellum,
Quo uindex orbem punit ira DEI,
Ac uelut excussus per nubila fulminis ictus,
Cum sonitu scindens obuia quæq; ruit:
Aëre flamma micat, latè loca sulphure fumant,
Per gentes humili corda timore pauent:
Aut ubi spumofus descendens montibus amnis
Cum domibus syluas & sata leta trahit:
Sic Hunno, quacunq; uiam secat, omnia cedunt,
Et uis instantem nulla tenere potest.
- I. Oppida cum populis pereunt: Rhenusq; cruore,
Dum perdit comites Ursula cæsa, fluit.
Indomitus celsam penetrarat ad usq; Tolosam
Hunnus, & ad ripas magne Garumna tuas:
Hic magna uictus pugna, fractusq; suorum
Clade, petens patrios Attila cessit agros.
- K. Indulgensq; nouo thalamo, uinoq; sepultus,
Prima nocte grauis membra sopore, perit,
Sanguinis & tantum qui fudit, plurimus illum.
Naribus erumpens sanguis in ora, necat,
Arma quiescebant: & libertate recepta,
Viuebat populus sub Duce quisq; suo.
- L. Subdita Bassino regi Turingica terra,
Florebat rerum prosperiore statu.
Huic Ermenfridus succedit, maximus aues,
Sceptraq; cum gemino regio fratre tenet.
Non benè conueniunt pietas regniq; cupido,
Nec tolerare queunt sceptrâ Venusq; parem:
- M. Ille suos fratres moderamine deijcit, ausus
Sanguine cognato commaculare manum.
Cumq; foret longè fraternis uiribus impar,
Attulit huic sociam rex Theodricus opem:
Tempore qui Francos isto ditioe tenebat,
Ac Ermenfrido fœdere iunctus erat.

Est uiso

Est ultor scelerum DEVS: & dum credis abesse
Vindictam, tacitis passibus illa subit.
Reddere Turingus sua dum promissa recusat,
Multorum in sese concitat arma ducunt.
Saxones & Franci vastantes omnia late,
Schidingam cingunt obsidione graui.
Impavidus magno defendit fortiter ausu
Rex patriam: multus sanguis utrinque datur.
Nil agit instructus numeroso milite princeps,
Ni DEVS ex alto dirigat ipse manus.
Urbs Schidinga ruit multos dominata per annos,
Cum senibus pueri femina uirque cadunt.
Rex miser amittens uitam regnumque suosque
Militis interit prodicione sui.
Hos habet euentus, qui non cogente periclo,
Spreta pace, ferox uiribus, arma mouet.
Saxonibus ducibus terra pars maxima cedit,
Struxerunt multis qui noua castra locis.
Testis ad huc arx est, quae Saiae curua fluuenta,
Saxonicae gentis nomine dicta, uidet.
Inde sub imperio regum, quos Francia misit,
Tyrigeta multos delituere dies.
Dumque sedent medijs Francos & Saxonas inter,
Iactati duris saepe fuere modis.
Nunc hos nunc illos bello uariante securi,
Ut fortuna fidem uertere saepe solet.
Rursus & hostili ferro flammisque petiti
Aspera seruitij uincla tulere diu,
Dum decimas frugum pendunt uictoribus Hunnis,
Ac hominem decimum dant decimumque pecus:
Sed DEVS omnipotens, cunctos soluare paratus,
Respexit miseros, auxiliumque tulit.
Et dum facta colunt vanorum signa deorum,
Nescia uiuentis turba profana DEI:
Dissulit errorum tenebras, lucemque reduxit,
Ad superas arces quae manifestat iter

B

Prælo-

R. Praeconemq; piū longinquis misit ab oris,
 Qua procul occiduo Rhenus in orbe fluit.
 Is duros flectens animos, populūq; ferocem.
 Imbuit hos cultu notitiaq; D E I.
 Bripientiq; iugo tam tristi subdita colla
 Ungaricos precibus stravit & ense duces.
 Cum celeres Unstrotus equos & tela virosq;
 Involuens tristis sanguine fluxit aquis.
 Nunc quoq; multa visum, veteris vestigia pugnae.
 Ossa sub egesta repperiuntur humo.
 Mentio crebra viri durat: multisq; supersunt
 Tempa Bonifacii nomine dicta locis.
 Sumtibus idem auctor struxit regalibus aedes.
 Diue tibi Michael, & Petre diue tibi.
 Quā iacet insignis sacrorum antistite Fulda,
 Et vitreis urbem qua rigat Ora vadis.
O. Nominis eiusdem prisca stant rudera fani,
 Quā videt Unstroti Varila maior aquas:
 Varila Quintilij Vari de nomine dicta,
 Quem dedit Harminius cum legione nocci.
 O laudanda D E I bonitas: pro dogmate sacro
 Dic mihi, quas grates solvere possit homo?
 Ecquis erit fructus, si quis sibi congerat omnes,
 Quas triplici gremio continet orbis, opes?
 Et tamen aeternae fiat iactura salutis,
 Ac mala perpetuas sint patiēda dies?
 Scilicet absq; Deo gemmas aurūq; reconde:
 Omnia luera us cras maledictus eris.
 Barbarie posita populus sic crevit honestis
 Moribus, ingenijs, religione, fide.
 Insignesq; scholas, & magnas condidit urbes,
 Culibus & veri templa dicata D E I:
P. Caesaribus parens, habuit quos Teutonīs ora,
 Quiq; tuum referunt Carole Magne genus:
 Hac vbi defecit stirps bello excisa dolisq;
 Imperijq; nouus rex diadema tulit.

Tyrgetas

Tyrietas nato *W*ilhelmo *C*esar & *H*essor,
Aucupis *H*enrici filius *O*tto, dedit:
*W*ilhelmo, qui *P*raesul erat mitratus in vrbe,
Mænus vbi *R*heni cornua miscet aquis.
Auxit *H*ieriuadam multis hic ciuibus vrbe,
Cum sine turritis mœnibus illa foret.
Ad *C*omites istud regimen, voluentibus annis,
Translatum à sacra postmodo sede fuit:
*C*esare *C*onrado, Saliquum dixere priores,
Coniugis agnatum sic decorante sua.
Barbatus q̄ nouum *C*omitis *L*udouicus honorem
Gessit in *H*essorum *T*yrigetum q̄ solo.
Dum tantas illi germanus *C*esaris *H*ugo,
Fraterno motus pectore, tradit opes.
Ille *C*omes multa subiectos laude gubernat,
Et cum vicinis fœdera pacis habet.
Filius hunc sequitur, terrarum & nominis hæres,
Annos atatis sexq̄ decemq̄ gerens.
Qui non inferior patriis virtutibus æquo
Iure bonos texit, terruit ense malos.
Una sed illius maculauit fœmina laudes,
Deceptam forma detinet illa sua:
Iuncta *P*alatino *F*riderico fœdere lecti,
Subdita cui *D*omino *S*axonis ora fuit.
Illa viri amplexus & amorem exosa senilem
Consilium *C*omiti perfida turpe dedit:
Ut subita incautum nece stermeret ille maritum:
Sic in amatoris nupta futura toro.
Pacta placent: iam dicta dies cædiq̄ parata
Venerat: ingreditur balnea struata senex.
Ecce *C*omes *L*udouicus adest, inflatq̄ recurua
Cornua: jam fremitus plurimus astra feris.
Larratuq̄ canum simul & clamore virorum
Excitata fugiunt per nemus omne fera:
Protinus ingenti currens per lecta tumultus
Sic mulier fallax increpat ore nixum:

Tu nunc corpus, ait, curas, oblitus honesti,
 Sollicitus patria de regione parum.
 Dumq; voluptati indulges, ignava secutus
 Ocia, ius terræ deperit omne tuæ
 En ipsis alius nostræ sub mœnibus arcis
 Venatur nostras, & sinis ipse, feras.
 Dixerat: ille doli ignarus scelerisq; nefandi
 Vestibus induitur, tergaq; pressit equi.
 Nulla virum lorica tegit, non casside vultus
 Abditur, & nullo cingitur ense latus.
 Quid facis infelix? hosti te credere noli,
 Uxorisc; caue subdola verba tuæ.
 Obuius armato factus Fridericus inermis
 Ceditur, ac moriens ore momordit humum.
 Improbe amor quid non suades mortalibus ægris?
 Per te sæpe pudor iusq; piusq; ferit.
 Dat fidas mulier lacrimas, & pectora fundit,
 Discinditq; suos perfidiosa sinus.
 In sese rediens non dum unus abiuerat annus,
 Cum percussori iungitur illa viri.
 Tarda quidem fontes inuoluit pœna, sed ingens,
 Iusticiæ libram sic moderante DEO.
 Quatuor autumnos sero iam Pleias ortu
 Fecerat, & quinti tempora Veris erant:
 T. Captus ob id facinus turri Ludouicus in alta
 Clauditur ad salæ prætereuntis aquas.
 H. Hic ubi Saxonici urbem addidit Otto Salinis,
 Vicus ibi eximio de sale dictus erat.
 Sæpe venit miseris solertia callida rebus,
 Et bilem solita est longa, cetera mora.
 Altera captiuum Ludouicum uiderat aestas,
 Ne libertatis spes erat ulla super,
 Aut ego liber ero uel cum discrimine uitæ,
 Aut mors sollicitos finiet atra dies.
 Sic ait: & partes animo distractus in omnes
 Consilium miræ calliditatis inis.

Circum-

Circundansq; suum laxo velamine corpus
E turri in medias desilit altus equas.
Sustinuit manicis fluitantibus aura cadentem,
Excepitq; suo flumine Sola Ducem.
Fama manet facti: doctorum antiqua uirorum
Hinc saltatorem scripta uocare solent.
Redditus ille suis mala dum commissa reuoluit,
Facta iuuentutis fleuit iniqua sua:
Seq; cuculligeris adiungens fratribus, aui
Quicquid ad huc super est, dedicat omne Deo.
Edibus extructis, hodie quas dicere fontem
Reinhardi mos est, hic sua busta tenet.
Tertius excepit terram Ludouicus utramq;
Landgrauititulum nactus honore nouo.
Quem socer adductus uirtute Lotharius inter
Bissenos Comites prima tenere iubet.
Oblatam ille sibi spartam pro uiribus ornat,
Legis ageus curam sedulus atq; gregis.
Successit natus qui nomine dictus eodem
Cor similiterum fræna uigore tenet.
Hic nimium facilis legum mandata relaxat,
Obsequi q; suos conciliare studet.
Non facit ad sanctos nimia indulgentia mores,
Lenibus & uerbis uerbera mixta iurant.
Despiciunt multi bonitatem principis istam,
Et signum timidi pectoris esse putant.
Dumq; modis tractant plebem crudelibus, omnes
Fraudibus usura seruitioq; premunt.
Fortè Comes fixurus apros, cervi q; fugaces
Stipatus famulis in nemus ire parat.
Ille plagas, lato gerit hic uenabula ferro,
Hic ducit celeres, agmina iuncta, canes.
Uentum erat in syluam, canibus pars vincula demunt,
Disponantq; loco conueniente plagas.
Exoritur clamor, resonat latratibus æer,
Per iuga per colles ceruus, aperq; fugit.

Venandi studio paulatim longius itur:
 Nox ruit, & famuli deseruere Ducens.
 Arboribus stabat fabri domus abdita densis,
 Hanc subijt princeps, hospitiumq; petit.
 Quisquis es, hospes ait, tibi ianua nostra patebit,
 Parua quidē domus est hæc, sed amica tibi.
 Dixit, & exiguo sumtu Cerealia promit
 Munera, pro lecto parua dat herba torum.
 Assidet hic, famulusq; tuisum principis, inquit,
 Præsideo syluis lustra ferasq; sequens.
 Dumq; terunt varijs tardas sermonibus horas,
 Querit & hic uerbis pluribus, ille refert:
 Landgrauij ad nomen tandem uenere loquendo,
 Ingemuit tristis corde dolente faber.
 Quasitus, tantos moneat quæ caussa dolores,
 Heu sortem misera desleo plebis, ait.
 Dum princeps auidis concedit cuncta ministris,
 Nos oppressa malis spretaq; turba sumus.
 Quod si poscis opem, narratur fabula surdo,
 Et duplicatur onus seruitiumq; magis.
 Sic fatur, longo enumerans ex ordine fraudum
 Omne genus, procerū nomine quemq; uocat.
 Et ualido quoties incudem verberet undit,
 Hos indignanti protulit ore sonos:
 Durescat ferrum, princeps quoq; durior esto,
 Ac mores aulæ corrigat ipse suæ.
 Magnatumq; uidens inmitia facta suorum
 Imponat finem fortiter hisce malis.
 Principis has uoces obgannit auribus ille,
 Donec adest pulsa nocte relata dies.
 Acrior admonitu multoq; seuerior isto
 Landgrauius non tam lenis, ut antè, fuit.
 Dumq; eius proceres baud mollia iussa recusant,
 Edidit in solitam feruidus ultor opus.
 Verberibus domitos iuga ferre coëgit aratri,
 Dum longum inuiso uomere sulcat agrum.

Incus-

Incussere nouum praefectis ista timorem,
Et ducis audito nomine quisq; pauet.
Crimine non maior nec fastu saeva superbo
Sit vindicta viri, nec properata nimis.
Dum princeps totas irarum effundit habenas,
Pœnaq; legitimum nescit habere modum;
Incurrens odium nulli se credere tuto
Audet, & accersit multa pericla sibi.
Egrediensq; domo lorica indutus abena
Semper erat, dictus Ferreus inde fuit,
Elius hospitio Cæsar quoq; dicitur usus. 2.
Cui nomen rubro barba colore dedit.
Lechidas postquam domuisset Marte Polonos,
Et uictor patriam rursus adiret humum:
Tunc Neopyrgiaca susceptus in urbe paratu
Magnifico qualem Cæsaris esse decet.
Regales adsunt epulae, stat Bacchus in auro,
Et nil lætitiæ, quod dare possit, abest.
Hic Cæsar miratus opes cultumq; virorum,
Exstructamq; urbem conveniente situ:
Si locus hic, inquit, muris circumdatus esset,
Gratior laud oculis vrbis foret ulla meis.
Ad quæ subridens princeps, fortissime Cæsar,
Quam petis est facilis res, ait, ista mihi.
Tertia cum promet radios aurora, uel omnes
Propulsans vires hinc tibi murus erit
Sic loquitur, tacitiq; suis dans iussa ministris
Munera quæ cuius sint obeunda docet.
Dicta fides sequitur iam tertia venerat Eos,
Et matutino rore madebat humus.
Egredere armipotens Cæsar, si nostra videre
Mœnia fert animus, Dux Ludouicus ait.
Attonitus, subitoq; negans ea posse parari
Efficta hæc magica Cæsar ab arte putat.
Ascensuq; patens summi fastigia collis,
Nulli audita prius, visa nec ante, videt.

Nobili-

Nobilium stabat lectissima turba uirorum,
A tergo famulus cuiilibet astat hero.
Circuitum qui densa urbis sepsere corona,
Undiq; contriguus pes pede, virq; viro est.
Haud secus instructi, quam si certamina Martis
Euentu dubio iam subeunda forent.
Ære caput fulget, manus altera sustinet hastam,
Inclusus gemmis ad latus ensis adest.
Tum quæ porta uia consueta ducit in urbem,
Bellica stant forti signa agitata manu.
En murus, princeps ait, inuictissime Cæsar,
Est meus, hoc cinctus quas trepidabo minas?
Commovere animum spectacula Cæsaris ista,
Nec res Heroi gratior, ulla fuit.
Exceptiq; omnes mensa noua munera quisq;
Pro merito & generis nobilitate tulit.
Crede mihi, regem melius munimina nulla,
Quam subiectorum pectora fida, tegunt.
Naumburgi Princeps idem moriturus in urbe,
Iussa dedit nato, nobilibusq; suis:
Fata vocant, inquit, tu terras nate regendas
Suscipe, & hæc patris iussa teneto tui.
Morigeris clemens, acerq; rebellibus esto,
Iratuq; nihil precipitanter age.
Feruentes animi clementia temperet astus,
Flamma extincta iacet, si superaddis aquã.
Non manet ulla diu stabili violentia sede,
Firmius est regnum, quod sociauit amor,
Inprimis uenerare DEVM: tutissima uirtus
Est pietas: uitam dirigat ista tuam.
Sic princepsq; bonus diceris, & impiger Heros,
Utq; patrem fidum te tua terra colet.
Tum vos ó proceres nato parete, iuvantes
Consilio patriam foriter atq; manu.
Et uestris iusto obsequio mea ferre frequentes
Ossa humeris, solito contumelanda loco.

Quo requiescit avus tumulo, genitorq; verendus:
Hoc mea defuncti contegat ossa solum.
Plura locuturum Ludovicum uita reliquit:
Extinctum proceres ad loca dicta ferunt.
Accipiens natus rerum moderamina, corde
Subiectos patrio mitis & equus gmat.
Qui piger ad pœnas, uelox ad munera danda,
Munifici meruit nomen habere Ducis.
Ecce pharetratas ducens in bella Cateruas
Irruit è Phario rex Saladinus humo.
Ægyptiq; trahens robur Lybiesq; perustæ,
Igne Palæstinum uastat & ense solum.
Ac Solymas cingens signis hostilibus arces
Edomitas tandem viq; fameq; capit.
Gottfridus quondam quas seuo ex hoste receptas
Imperij sedem fecerat esse noui.
Alicet Europæ magnas it fama per urbes,
Et iusto cunctos ira dolore mouet.
Exciti coeunt reges in fœdera: Caesar
Fridricus ualidas cogit in arma manus.
Classica iamq; canunt: equitū peditumq; cohortes,
Incedunt plenis per loca cuncta uis.
Quam multi sese fluctus ad littora volvunt,
Cum Boreæ flatus incubuere mari.
Aut ubi frigoribus pluvia induratur in alto,
Linea quam multa grandine tecta sonant.
Anglia dat classem pelago circumfluat: Gallus
In belli sumtum suppeditauit opes.
Millibus in mediis ostroq; auroq; decori
Ductores fulgent agmine quisq; suo.
Æratas Ludouicus agens id prælia turmas
Hos inter celeri est conspiciendus equo.
Iamq; per Europam miles transiuerat omnis,
Et rate Ibreicum per mare uectus erat.
Quâ Ponto nomen Phryxi soror indidit Helle,
Arctior & terras separat unda duas.

Exemplo

Exemplo Perses coit, Afer, & accola Nil,
 Turcus, & in curuo Tartarus ense minax:
 Aduolitan, nostrosq; aditu prohibere parati
 Certatim vires opposuere suas.
 Hi contra tendunt: Asiae certatur in ipso
 Limine: confusa littora caede rubent.
 Sic, vbi confligunt valido conamine venti,
 Huc illuc dubij volvitur vnda maris.
 Sed velut obiectas inopino flumine moles
 Quincit pluuiis amnis adactus aquis:
 Sic Asiae medias ingressus Caesar in oras
 Perrupit victor cuncta, iuvante DEO.
 Congressusq; acie casos feliciter hostes
 Compulit effusa vertere terga fuga.
 Parte alia terras in vadit classe Britannus,
 Terroremq; ferens oppida multa capit.
 Expulsus fuerat iam rex Memphiticus aruis,
 Quae rigat Armenij vasta Niphatis aqua.
 Taurus vbi Cilicum sublimi vertice terras
 Ande Lyconeos hinc speculatur agros.
 Excindi poterat tunc gens Mahometica prorsus,
 Aut Aquile subdi Martia Roma tua:
 Interrupta stetit medio victoria cursu,
 Dum vitis nostris imminet ira DEI.
 3. Fortè lauaturus rapido dum Caesar in aestu,
 Intrat aquas, fluvij vortice mersus obit.
 Si qua venit, non sola venit, sed plura malorum
 Agmina fert clades non remorante gradu.
 Hostibus accreuit maior fiducia: miles,
 Orbatus tanto Casare mæstus erat.
 Accessit malesuada fames, vastataq; bello
 Assiduo victum reddere terra nequit.
 Insequitur funesta lues, dans funera passim,
 Cumq; suis ducibus plebs miseranda cadit.
 Coniurasse putes in nostras omnia turmas,
 Sic noua prae teritis sunt mala iuncta malis.

Disiunxio

Disiunxit trepidas etiam discordia mentes,
Præcipitesq; trahens ambitiosus honor.
Christi adûm tantis exhaustæ cladibus alæ,
Ad patrios properant arma referre lares.
Landgravius curis & peste absumentus acerba
Ignoto extremum clausit in orbe diem. 4.
Successore carens qui nato & prole virili
Imperium fratri tradidit omne suo. 5.
Hermanno cui nomen erat: quem bellica virtus
Tollit conspicuos inter honore viros.
Qui se Cæsareis opponere viribus ausus
Sæpè adijt forti pectore Martis opus.
Et patrios sæuos populantem milite fines
Deiicit Comitem, quod rigat Orla, soli.
Idem Saxonice partem dititionis adeptus
Iura Palatini Cæsare dante, capit
Quæ prius Henrico fuerant ablata Leoni,
Dum premit offensi Cæsaris ira Ducem.
Bis deni fuerant Autumni & quinq; peracti,
Cum Parca Hermanno fila suprema legit.
Urbs Isennaci sacra tenet æde sepultum,
Nomine construxit quam Catharina tuo. 6.
Filiæ hinc natu dititionem maior adiuit,
Nomine auû referens, Marte togaq; patrem.
Religio huic semper fuit & pax aurea cordi,
Iustitia, & plebis cura paterna suæ.
Dicitur ob id sancti cognomine: Cæsar & huius
Expertus dubio est tempore sæpè fidem.
Huic teneris desponsa annis, sacra rege puella
Pannonio, coniunx Elisabetha fuit.
Quæ pietatis amans, castiq; pudoris, & omnis
Virtutis speculum nobile semper erat.
Nemo sacras donis auxit maioribus ædes,
Pluraq; pauperibus munera nemo dedit.
Sæpè Ducem famuli monuere: pecuniæ fisci,
Prodiga dum nimis est Elisabetha, perit.

C ij

Ne pro-

Ne prohibete, refert Princeps, det munera coniux
 Quaq̄ potest miseros parte iuvare iuvet.
 Cuncta DEO dantur : donec benefiet egenis,
 Semper in exhaustas fiscus habebit opes.
 Est mihi Naumburgum, V Wartbergaq̄ tempore scæ.
 Structa famis, maneant hæc modò, dives ero:
 Tanta viri virtus, pietas in coniuge tanta,
 Erga inopes animus tamq̄ benignus erat.
 Sol iter emensus bis ter revolubilis anni,
 Æstiferis cancri signa premebat equis,
 Ex quo Diua pio iuncta Elisabetha marito est,
 Nullaq̄ turbarat lis inimica torum :
 7. Visere cum Princeps solymos ac nobile bustum,
 Castra secuturus Casariana, parat.
 Et Mahometicolas bellum gesturus in hostes,
 Nilus vbi exundans diuite currit aqua.
 Qui rumor pavidas vt coniugis attigit aures,
 Nullus in exanguis corpore sensus erat.
 Palluit, vt saxum Pario de monte recisum,
 Qui color est foliis, quæ nova lasit hyems.
 Mox vbi mens redijt, sic me dulcissime coniunx
 Linquis ait populum, progeniemq̄ tuam &
 Nec te difficilis via nec discrimina terrent
 Plurima, quæ vasto sunt adenda mari?
 Hostis, & vnda minax, alio sub Sole calores,
 Victus & insuetus, sunt metuenda tibi,
 Quod si te adversi casus (DEVS omnia pellat)
 Sustulerint, eadem me quoq̄ fata manent.
 Desine, ait Princeps, vita mihi carior vxor,
 His animum verbis sollicitare meum.
 Ipse aderit læptis, & noxia quæq̄ repellet,
 Ac reducem patria sistet in vrbe, DEVS,
 Teq̄ simul matremq̄ piam sobolemq̄ tenellam
 Proteget ac terras omnipotente manu.
 Dumq̄ abero frater rerum tractabit habenas,
 Et vestri curam more parentis aget.

Sic fatur.

Sic fatus, dedit amplexus atq; oscula iunxit,
Et lacrimis udas fecit uterq; genas.
Inq; vicem mæsto suspiria corde trahentes
Ille vale dixit, dixit & illa vale.
Expectant comites & frænos equus ore sonanti
Mandit spumantes, & pede pulsat humum.
Iam Princeps famuliq; ruunt: simul ungula cãpũ
Fumantem sonitu quadrupedante quatit.
Olli Franconum media regione profecti
Per Rhetos carpunt Vindelicosq; viam.
Et iuga tendentes per Norica, nubibus æquas
Transcendunt Alpes, Hesperiamq; tenent.
Perq; Tridentinas declivi tramite valles
Progressi veniunt ad loca plana magis.
Contigerant Venetas mediis in fluctibus arces,
Tempore constructas Attila dire tuo.
Nec longam traxere moram, solitoq; refecti
Pane per Adriacas puppe feruntur aquas.
Ad Boreale latus Ronini parua videntur
Mœnia, quæ Venetum sub ditione latent.
Hic, ut fama refert, Euphemia virgo sepulta est,
Nomine pro Christi fortiter ausa mori.
Erubuit feritas quam tangere seua leonum,
Ferrato fregit nec rota dente minax.
Carnificis tandem cecidit mucrone puella,
Asperior quouis ille leone fuit.
Ad laenam tumidum spectans Epidaurus in æquor
Linqitur, externis non satis æqua uiris,
Accelerant nautæ, uentisq; ferentibus usi,
Hydrunti subeunt mœnia, tuta sinu.
Hic, quæ sæpè uirum magnis conatibus obstat,
Landgranium terris mors inopina rapit.
Dat gemitum turbata cohors, unctumq; reponit
Corpus, & inceptum cominuauit iter.
Et casus perpeffa graues terraq; mariq;
In oculum Solyma fixit in urbe pedem.

Et iam Christi adum cessat legionibus hostis,
 Facta q̄ pax æqua conditione fuit.
 Tum loca lustrantur, soboles ubi uera tonantis
 Christus de pura uirgine natus homo est:
 Fudit ubi innocuum per uulnera sancta cruorem,
 Et sua post mortem busta sepultus habet.
 10. Mons ubi præruptus, geminoq̄ cacumine celsus,
 Uepribus atq̄ rubis horridus, astra petit.
 Delubrum Catharina tuum stat uertice summo,
 Eminus hinc rubri cernitur unda maris:
 Hic tonitru fulguratq̄ micans clangorq̄ tubarum
 Insonuit, legem cum daret ipse DEVS.
 11. Iordanis geminis ubi fontibus ortus ad imas
 Radices Libani pinguis culta secas.
 Efficiensq̄ lacus binos, & pisce refertus,
 Mortiferum dulces in mare fundit aquas.
 Et quæ præterea loca gaudet adire uiator,
 Fit quorum in sacris mentio crebra libris.
 Inde pedem referens, pelagusq̄ remissa, per hostes,
 Fida manus comitum iura paterna petit.
 Ac delata donum tam longas uicta per oras
 Condidit in patrio Principis ossa solo.
 12. Filius huius erat, teneris qui floridus annis
 Indolis eximie plurima signa dabat.
 Sustulit hunc mulier properata perfida morte,
 Fallaci miscens toxica dira manu.
 13. Sic demum extincto Ludouici stemmate frater
 Henricus terras solus utrasq̄ tenet.
 Nec tamen ille diu tanto gauisus honore est,
 Accelerat clades dum miser ipse suas.
 Cesareoq̄ iugo se subtrahit, atq̄ nefando
 Pontificis suasu sceptrum aliena rapit,
 Danubij ad ripas Plinæ sub mœnibus altis
 Attulit huic neruo torta sagitta necem.
 Hinc populam in uarias letalis factio partes,
 In sua dum demens uiscera seuit, agit.

Hec Hene

Hæc Henrice tibi Misnensis Marchio fauit,
 illa Brabantinum est turba secuta Ducem.
Bella parant, sænis pugnatur sæpius armis,
 Tincta q̄ civili sanguine terra rubet.
Vix tandem magnorum opera & virtute virorū
 Prælia composita pace dirempta silent.
Marchia Turingos fines Misnensis adeptus,
 Dux VVidekindæ tuo stemmate natus habet.
Principibus genus inde uenit, quos tēpore nostro
 Tyrigeris Dominos Mysia iuncta colit.
Qui Ducis Ensiferi titulis & viribus aucti
 Mœnia cum populo clara frequente regunt.
Abnobios sed quâ spectat uicinia montes,
 Quâ veteres Castos sedem habuisse ferunt:
Ista Barbantino puero cessere regenda,
 Sanctæ tuus fuerat qui Ludouice nepos,
Landgrauios longâ serie stirps edidit ista,
 Nunc quibus Hæsiaci subditur ora soli.
Amborumq̄ genus firmatis legibus ictum
 Fœdus amicitia non moriente colit.
O sancta illi s̄res maneant in pace nepotes,
 Incolumemq̄ Deus seruet utramq̄ domum.
Nec genus acre uirum bello nec pectora desunt
 Pro patrijs mortem prompta subire focis.
Cumq̄ Valens Cæsar Gottos pugnaret in hostes,
 Turingus belli pars quotacunq̄ fuit.
Et sua magnanimo coniungens agmina Gotto,
 Sub Duce Fridgero fortiter arma tulit.
Ecce ruens ferue Arctois Odoacer ab oris
 Inuadit fines Italus ora tuos.
Saxonas & Suecos ducens Herulosq̄ feroces,
 Et populos, gelido quos uidet Ursa polo:
Militiæ Comes istius Turingica pubes
 Intulit Ausonijs arma necemq̄ uiris.
Externos eadem reges in prælia inuit,
 Miscens audaci bella cruenta manu.

14.

Zu 108.

Iuuit Alexandrum Magnum, qui Marte secundo
 Persarum validas debilitauit opes.
 Sequana Tyrigetæ vidit, Rhenusq; tricornis,
 Et Liger, & Rhodanus, quem celer intrat Arar.
 Nunc etiam ad Saram ripasq; binominis Istri
 Prælia Turingus pro pietate gerit.
 Ac dum vastator lunatas Turca cohortes
 Armat & Ungaricum depopulatur agrum:
 Christicolaq; feris opponunt hostibus arma,
 Pro patria audaces religionem mori:
 Coniungens Turingus opes propriumq; cruorem,
 Militiæ pars est non reticenda sacræ.
 Omnipotens, qui bella tuo sub numine torques,
 Quiq; salutarem regibus addis opem:
 Hostiles prosterne acies; animisq; pauorem
 Incute: palantes Angelus vltor agat.
 Agminibus nostris vires animumq; ministra:
 Militis & dextram cunctaq; tela rege.
 Vincuntur caussa Turci, vincantur & armis:
 Cæsareas Aquilas barbara regna tremant.
 Ut tua maiestas toto celebretur in orbe,
 Notaq; sit Gnati gloria sancta tui.
 Sed neq; Tyrigetæ quamvis sua rura colentes,
 Artibus à doctis corda aliena gerunt.
 Est, qui sancta DEI pandat mysteria: leges
 Explicet: ac medica subleuet arte malum.
 Ad Salam ludi Portensis culta Lycæa
 Sunt sita, quæ Phæbus Pieridesq; colunt.
 Prima Comes Bruno ad Plissam fundamina iecit,
 Virginibusq; sacris hæc habitanda dedit.
 Montis vbi celsus schmellensia mœnia vertex
 Spectat & à Diua Virgine nomen habet.
 Bruno ducum soboles, quos Misnica protulit ora,
 Plissensis erræ qui moderator erat.
 Quæ serpit ripis formosus Elister amœnis,
 Qui Libonatriaci perfluit arua soli.

Inq; pios

Inq̄ pios usus agrorum iugura multa,
Antiqua tactus religione, dedit.
Mascula cum proles illi sublata fuisset
Unica, quam sauo dente necavit aper.
Arcis adhuc restant Schmellensis rudera prisca,
Moenie quæ quondam magna fuisse probant.
Languescit nimium felici tempore uirtus,
Nec facile est æquo pectore leta pati.
Transuersas egit Moniales luxus & ætas,
Et quæ securis ocia sæpè nocent.
Et Comes impurè uiuentes diuite claustro
Expulit, ac Monachis est datus iste locus:
Bernhardus quorum sectam est legesq̄ professus,
Quos vestis cinerum tincta colore notat.
Sed cum turbaret sorabi manus effera fratres,
Incursum solitas impediende preces:
Hinc pulsi ædificant Tusanae moenia Porta,
Coniungit ripas pons ubi Sala tuas.
Sæpè illic videas undis fluitantia ligna,
Et sunt vicino vitæq̄ morsq̄ gradu:
Cum glacialis hyems fugit, niuibuscq̄ solitis
Aëra, temperies verna repente redit.
Hic quoq̄ dum prohibet solitis insistere captis
Sæpè viatoris prætereuntis iter:
Secessus tandem deuexi montis ad imos
Porta extructa fuit commodiore loco.
Quam Ducis Henrici pictas, Heroica uirtus
Mauricij Musis consecrat atq̄ Deo.
Ac velut ignauo fucorum examine pulso
Sedula fingit apis sole micante fauos:
Cedere sic iusso Monachorum deside cæuis
Nunc ibi Gymnasium nobile Porta uiget.
Porta, domus cæli, uirtutum sancta palestra,
Grata ferens terris germina, grata DEO.
Dicta, quod ad fines Taringi limite certo
sit via per montes parte ab utraq̄ duos.

D

Sine

- Siue quod ad cælum sit vita Monastica portæ
 Instar, vt antiqui temporis error erat.
 Seu quod opes sacros huc comportarit in vsus:
 Sedulitas veterum relligiosa patrum.
 Seu quod Schmellensi Monachus cū cederet urbe
 Portarit censum diuitiasq; suas.
 Hunc ludum Deus omnipotens ludiq; Magistros
 Incolumi semper conditione tegat.
 Et qui me teneris informauere sub annis,
 His dona det larga non peritura manu.
16. Est domus Aonidum turrato vertice Iena,
 Quæ nomen Iani clara bifrontis habet.
 Ut reor, inspicias si prima ab origine nomen,
 Hanc dulcis vini copia multa notat.
 Hic sublime caput cælo Vinaria tollit,
 Saxonici celebrem quam Ducis aula facit.
 Cursibus obliquis quam præterlabitur Ilmus,
 Et miscetur aquis aduena Salatus.
 Gotaq; funesti quæ Martis fulmina sensit,
 Cuius & à Gotto mænia structa ferunt.
 Hic vrbs Arnstadij Comitum iacet inclita sedes,
 Qui factum nigra nomen ab arce tenent.
 Hæc Grauis innumero Friderici milite cincta
 Tristia crudeli damna sub hoste tulit.
 Tempore quinetiam nostro crudelibus arsit
 Ignibus, incauto tot mala dante viro.
18. Occiduum solem mons culmine respicit alto,
 Qui genys creber dicitur esse malis.
 Sæpe viros illic terrent immania spectra,
 Surgit vbi pulso nox tenebrosa die.
 Hic, vbi supplicium luerent pro crimine manes,
 Prisca superstitione credidit esse locum.
 Quodq; sub hoc gemitus miseradi mente sonarent,
 Quos animas querelas edere, rumor erat.
 Nomen ab euentu (ualeat pro teste vetustas.)
 Atribuit monti credula turba patrum.

Sic Saa.

Sic Satanas homines cœlesti luce carentes,
 Consuevit miris fallere sæpè modis.
 Indè decem stat'us & sex procul Isidis urbem
 Aspicias : à ferro nomen habere putant.
 Fabricat admotis quod nunc vicinia flammis,
 Hic ardente foco fingere moris erat.
 Lubricus hic celeri coniungitur Horsela Nessel,
 Suscipit hos fluuios gurgite VVerra suo.
 Mœnia construxit Ludouicus Celsa Secundus,
 Turinga princeps qui regione fuit.
 Margaris hic fugit lata demissa fenestra
 Coniugis insidias perfidiamq; sui.
 Margaris, Alberti, sata Cæsare, principis vxor,
 Non tam crudeli fœmina digna viro.
 Pellicis infami qui dementatus amore
 Sustinuit casti frangere iuratori :
 Uxoremq; piam scorto, sobolemq; tenellam
 Legitimè natam postposuisse notho.
 Illa trabens gemitus lacrimis abitura profusis
 Oscula filiolis dat repetita suis :
 Supremumq; uale mœsto vix ora locuta
 Unius admordit, victa dolore, genam.
 Vulneris impressi quod manserit ista cicatrix,
 Heroi nomen postmodo semper erat.
 Mille ferè passus hinc arx VVartberga remota
 Cernitur, hoc idem condidit autor opus.
 Nec Mulhusinæ nomen reticebitur vrbis,
 Quæ pulsa externo milite sæpè fuit.
 Non procul hinc tenui sumens exordia fonte
 Tyrigetum medios perfluit Unster agros.
 Hinc proficiscenti sese tibi saltza videndam
 Exhibet, à positu nomen adepta loci.
 Cum foret hæc quondã longo celeberrima troctus,
 Perdidit antiquum Marte furente decus.
 Hic quæ lanigeras pecudes custodia claudit,
 Et paruus prisco tempore pagus erat.

19.

20.

21.

22.

D ij

Cænobio

Cœnobio perhibent locatum subiecta fuisse,
 Quod vis sex stadijs absuit atq; decem.
 Homburgense vocant hodierno tempore claustrū,
 Turris adhuc superest, cætera pulvis habet.
 Ac velut exiguis paruum de fontibus exit
 Flumen, & innumeris multiplicatur aquis:
 Sic vrbs ex tenui creuit feliciter ortu
 Ingenijs, opibus, religionē, viris.
 23. Illa quidem sæuis quondam pulsata sub armis
 Sustinuit longas obsidione moras.
 Flammiferasq; faces dum miles conijcit, hausit
 Ignis edax cives innumerasq; domos.
 Hanc cladem malesana trium discordia fratrum
 Attraxit, regimen quos penes vrbs erat.
 Ambitione odijq; iumens hunc factio fructum,
 Urbibus & populis exitiosa, paxit.
 Instaurata sed vrbs post tempora multa fauore
 Numinis, ac veteri culta nitore fuit.
 Nunc vigil hic residet tractantum mystica Rector,
 Vrbsq; bonis floret moribus, atq; viris.
 Sic eat: vt pietas hæc & pax aurea duret,
 Excubet omnipotens in statione Deus.
 24. Tu quoq; Tenstadium nostro celebrabere versu,
 Vrbs non magna quidē, sed mihi cara tamē.
 Hic ego sum primo vagitus natus in auras,
 Semper & à puero commoda multa tuli.
 Ferreus est, dulcis patriæ qui despicit oras,
 Natalisq; potest immemor esse soli.
 Ciuibus hic Princeps Fridericus rebus emendis
 Multiplici tribuit commoditate frui.
 Quodq; alibi multis numis acquiritur, emptor
 Ius rerum hic paruo comparat ære sibi.
 Plura Duces tribuere alij: ciuilibus uti
 Legibus, & propriū iura tenere fori:
 Iudicis officio fungi, componere lites,
 Et pecoris multos ruri aluisse greges:

Libertate:

Libertate frui : vinum diuendere, sicut
Has leges hodie longa Salissa tenet.
Saxonie Ducibus plebs subdita paret, eosq;
Ut Patres patrie diligit atq; colit.
Principis & quoties hac transitus urbe paratur,
Exhibuisse illi munera parua solet :
Pocula dans vini dulcis, teretesq; placentas,
Fœmina quas lento molliter igne coquit.
Principibus quoq; sæpe viris est grata voluntas,
Et leuia ex animo dona profecta placent.
Excipit hæc Princeps dum vultu dona serena,
Munera pro paruo gratia magna venit.
Ac veluti ramis fœcunda viventibus arbor
Dat nidos auibus, tecta cibumq; feris :
Sub qua præteriens requiescit sæpè viator,
Cum sol ardenti Lampade torret humum,
Sic defensa p. o. gaudet sub Principe turba,
Et concordæ viget paxq; salusq; statu.
Consilijs regitur Respublica : pura doceatur
Verba DEI: virtus est in honore suo.
Orta sed obscura tempestas horrida nocte
Terruit ingenti prætoræ cuncta metu.
Dum tonitru reboat cælum, terraq; tremiscunt,
Perq; cauas nubes fulgura crebra micant.
Tactaq; de cælo maioris culmina turris
Desuper in flammâs, æde manente ruunt.
Campanas ignis tres hausit : at ista vicissim
Æramenta novo sunt reparata modo.
Ad Boreæ flatum (sic prædicat incola) quondam
Sentibus ac dumis horrida sylua fuit.
Non illic tepidas ramis facientibus umbras,
Arbor ab inculto defuit vlla solo.
Non tiliæ molles, curuataq; glandibus ilex,
Lætâq; brumali frigore taxus abest.
Hic abies, patriam quæ nomine denotat urbem,
Undiq; desertis montibus alta viret.

D iij

Nec mi-

Nec minus obliquis immanes dentibus apri
His habitant lustris, innumeraq; fera.
In quemcunq; locum vertas tua lumina, cuncta
Plena latrocinij, plena timoris erant.

25. Testis adhuc mons est, urbis qui tecta paterna
Defpicit, exiguo quâ polus orbe micat.
Qui vel ab Arctoa regione vocabula duxit,
Vel toties facta nomina cædis habet.
Præbet & indicium deuexo tramite vallis,
Sapè viatori quæ nocumenta dedit.
At fessus tandè populus tam dira frementes
Pellit, & arboribus dat loca nuda suis.
Quâq; prius fuerant vepres & lustra ferarum
Inuia, vix ulli tutò adeunda viro:
Plurima nunc illic flores & varia; fruges
Fundit, & est multa vice beatus, ager.
Ad Zephyrum vastis erumpit hiatibus vnda
Plurima, quam nullo frigore cogit hyems.
Videris, ingenti discissa voragine dicas
Tartara terrifico se referare specu.
Siue latex, cæcis seu ventus clausus in antris
Rupit humum valido turbine, caussa latet.
Brumaq; cum terram constringit frigore, surgit
Circumstante gelu fumus, & vnda tepet.
Sulphureas latitare imo sub gurgite venas
Ceruleo graueolens lympa colore probato
Hæc tamen, ad certos sic vsus omnia cedunt,
Utiliter patriam perfluit vnda meam.
Salua diu vigeat domus et schola, curia, templum:
Angeliciq; fugent noxia quæq; chori.
26. Hinc passus distans bis sex Erffordia mille
Lucida conspicuum tollit ad astra caput.
Tyrigetum regina, solo fœcunda beato,
Multo ciue frequens & spaciosa loco.
Corniger vudoso quam flumine purgat Hiëra,
Qui subitis stragem sapè dat auctus aquis.

Exhilarat

Exhilarat largo proventus terra colonos:
 Vineas lucundo saepe liquore fluit.
 Tranquilla cultrix Erffordia pacis & æqui,
 Ingenijs præstans artificumq; manu.
 Orbis Hierinada nomen sortita, quod illic
 Transfrituto posset Hiera uado.
 Sylua frequens cervis ubi tunc, & parvula villa,
 Quam Schildemrodam turba vocabat, erat.
 Nunc remanent cervi glocitantis nomina, quavis:
 Sit locus hic domibus cultus, & æde sacra.
 Altera caussa subest etiam cognominis huius,
 Quod quendam perhibent his habitasse locis,
 Erff dixere virum, saxo frumenta solebat
 Frangere vicinus fluminis ille uado.
 Indè ferunt nomenq; viri cõsse vadiq;
 Idq; veterum plurima scripta probans.
 Ut perhibent, regis Merouæi tempore structa est
 Urbs, quæ tum vilis vicus inopsq; fuit;
 Nudus adhuc muris, & Cæno sordidus alto,
 Rarus & hic illic tunc habitator erat.
 Tertia quinetiam ratio se nominis offert,
 Autorem verum longius ista petit.
 Erp Comes ad fluvij traiectum exordia prima
 Dicitur, & quasdam constituisse domos:
 Cũ Rex Vandalicos pugnans Richemerus in hostes
 Gestaret valida Francica sceptrum manu.
 Tunc Comitum virtus bello spectanda cruento
 Inuictusq; animus conspiciendus erat.
 Hinc Erpesfortum veteriq; Erpfordia lingua,
 Nunc est dicta magis conueniente sono.
 Quæ crescens longè ante alias felicis vrbes
 Extulit Arcadio Cæsare Clara caput.
 Francorum imprimis Clodouæo regna tenente
 Aucta loci spacio diuitijsq; fuit.
 Mons iacet extrema conclusus mœnibus vrbis,
 De Divi Petri nomine Nomen habens:

Francicus.

Francicus hic celsam Meruigus condidit arcem,
 Rex Turingiaca qui regionis erat.
 Postmodò quã sacros veru Dagobertus in vsus,
 Esset vt hãc ades cultibus aptus Dei.
 Exornansq; locum domibus regaliter istum
 Contulit immensas huc pius autor opes:
 Cœnobium tribuens habitandum fratribus istud,
 Sectantur vitam qui Benedicte tuam.
 Conspiciuntur adhuc Saxis insculpta vetustis
 Lilia, quæ regis signa fuere pij.
 Tantus amor patribus, vel densa nube sepultis
 Errorum, veræ religionis erat.
 Nunc vbi de cœlo nobis aurora refulsit,
 Puraq; lux verbi viuificantis adest:
 Turpiter immemores oculos auertimus, atq;
 Munera propiũ spernimus ista DEI.
 Rex idem vicum, quem imprope mœnia cernis,
 Condidit, ac proprio nomine dixit opus.
 Quem nunc annorum series sic omnia mutat,
 Corrupto regis nomine turba vocat.
 Erexit Præsul, Conradus mœnia, cuius
 In rubro insigni candida picta rota est.
 Pars horum (terris sic nulla potentia durat,)
 Dejicitur iussu Dux Ludouice tuo.
 Casare Fridrico, quem iustas Præsul ad iras
 Mouerat, acceptum sic referent malum.
 Sumtibus ista tamen longo post tempore magnis,
 Multorumq; operis sunt reparata virum.
 Nunc vrbs turrigeris muris fossaq; profunda
 Cincta potest quas vis sustinuisse minas.
 Dives opum, templisq; frequens Erffordia, dicto
 Pieridum cœtis nobilitata domus.
 Pieridum, quæ dissidijs belloq; fugata
 Hospitiũ veteris deseruere locum:
 Prospicit excelsas ubi Praga Bobemica sylvas,
 Quam nunc Romani Casaris aula colit.

27.

Huius

Huius causa fuit belli, quod fortiter Hussus
 Errores Papæ carperet atq; dolos.
 Agminibus magnis illæ subire penates,
 Molliter exceptæ, Lipsia clara tuos.
 Ad viridem pars illarum confedit Hieram,
 Tyrigetum mater quæ populosa iacet:
 Libertate sua gaudens: ubi legibus æquis
 Pœna manet fontes, præmia, lausq; bonos.
 Hic sincera sonant cælestia dogmata verbi,
 Inq; dies veri crescit ouile D E I.
 Da DEVS ut quite nondum agnouere, salutem
 Conuersi obtineant iustificante fide.
 Solis ad occasum sublimibus ardua muris
 Arx iacet, excelso conspicienda iugo:
 Cyliaci nomen referens, quæ desuper urbem
 Munit, & excubias militis instar agit.
 Hic abi cuncta uorans ignis se tollit in auras,
 Intonat ex alto machina torta loco.
 Quinetiam magnis vrbs gratum regibus ista
 Hospitium prisco tempore sæpe dedit.
 Imperij regeret cum primus fræna Rodolphus,
 Cuius posteritas nunc quoq; scepra tenet:
 Illius ad iussum, rebus cogentibus arctis,
 Hac procerum coit cætus in vrbe frequens,
 Albertus patriam ferro dum vastat & igni,
 Impius in natos participemq; tori.
 Dissidij causam tunc Caesar sustulit: & sic,
 Ad tempus redijt sæpè cupita quies.
 Dum ualidas idem latronum diruit arces,
 Vnster ubi cursum Salaq; lentus agit:
 Et captos gladio prædones vindice plectit,
 Affuit vrbs illi, suppetiasq; tulit.
 Quisquis apud memores ponit benefacta, reponit
 Viuiter: grates mea generosa refert.
 Caesar honorifico sumtu tractatus honorem
 Retulit exhibuum gratis honore pari.

E

Consiliūq;

Consiliūq̄, fauens vrbi, bonus extitit autor,
 Tempore quod dubio sepe salubre fuit.
 Si quando trepida consurgit in vrbe tumultus,
 Inq̄ magistratum concita turba ruit:
 Plurima per vicos omnes extensa Catena,
 Agmina ne coëant seditiosa, vetat.
 Non seruat fortuna diu malefida tenorem,
 Sed ludit, constans in leuitate sua:
 Ac modò læta manet vultus modò sumit amicos:
 Urbs experta vices has quoq̄ sepe fuit.
 Sape fames ac pestis atrox bellumq̄, cruentum
 Sauiſ, aut ignis diluuięq̄, fera.
 29. Ut taceam, fuerit frugum penuria quanta,
 Tempore Fridrici quem gena morsâ notat.
 Horrida cū fremerent his quinos bella per annos,
 Quiq̄ daret fructus, non coleretur ager.
 Urticas sentesq̄, ferens & inutile gramen
 Lugebat tristi squallida terra situs.
 Indè secuta lues exhausti civibus urbem,
 Perq̄ vias stravit corpora perq̄ domos.
 Ab quoties aliquem, dum fœnum ruminat ore,
 Ut leuet indè famem pestis auara necat?
 Singula quid referam? superat contagio: nullus,
 Funera qui terræ tradere vellet, erat.
 Plebs quinas foveas fecit, miserabile visu,
 Huc proiecta hominum millia multa iacēt.
 Nec loquar, annonæ quàm magna sequentibus annis
 Extiterit grauitas, quàm miseranda lues:
 Deficiente manu, quæ tristia funera bustis
 Conderet, in tumultos deficiente loco.
 Nunc etiam nostro pinsuntur tempore panes
 Exiles, dicti nomine Marce tuo.
 Ut sciat hæc seris ventura nepotibus etas,
 Sineq̄ famis tante signa relicta super.
 30. Sed fuit hæc vrbi longè tristissima clades,
 Quam dedit hostili subdita flamma, dolo.

Millē

Illi, quater centum, post incunabula Christi,
 Viderat aestates falce resecta Ceres:
 Lustraquē bis septem revolutis mensibus acta
 Transierant, annos his tamen adde duos:
 Tempore quo Titan, ferventis torrida Cancri
 Signa tenens, altos stetit anhelus equos:
 Lux infauſta iubar mæſto ſp̄ irgebat Olympo,
 Geruasi quondam quæ tibi ſacra fuit.
 Iamquē diem medium vix prima fugauerat hora,
 Exoriturquē locus ignis in vrbe tribus:
 Qui ſe diſſandens ſolisquē caloribus auctus
 Creuit in immenſum, robora dante Notō.
 Turribus ex altis magno tormenta fragore
 Ter diſploſa noui ſigna dedere mali:
 Fit clamor, totaquē ingens concurſus in vrbe,
 Cunctorum trepidus concutit oſſa pauor.
 Nec mora, ceſtatim ſumma nituntur opum vi,
 Et quamcunquē poteſt quisquē ferebat opem,
 Hic infundit aquam, ſcalas fert alter & ades
 Diruit: hic populum cogit & urget opus.
 Flamma furens ſuperſba topem: ſacra, templa, columna,
 In cineris, tabula, tecta domusquē ruiunt.
 Aſtus it ad cælum: multoquē parata labore
 Tot ſacris ſpacio deperiēre breui.
 Sic, ubi denſus apes ingrato fumus odore,
 Arboris incluſas concuitate, replet:
 Diſcuſant ille per Dædala tecta, pauentiquē:
 Cærea ſtridenti murmure caſtra ſonant.
 Perruptis donec clauſtris it fumus ad auras:
 Perreptat cellas intus amarus odor.
 Tertia pars vrbis rapidos conceſſit in ignes
 Unius hoc Monachi fraus ſcelerata dedit.
 Pœna: ſed auctorem reperit citò: perfidus ignes
 Qui domibus furis ſubdidit, igne perit.
 Omnipotens genitor, qui nutu cuncta gubernas,
 Omnibus à populo hoc prohibeto malum:

*Sed nitor antiquus paulatim redditus vrbi,
 Incrementa DEO suppeditante, fuit.
 Floreat incolumi sospes cum plebe senatus,
 Sit pietas saluo relligiosa statu.
 Hæc ego de prima nostratis origine gentis
 Versiculis volui commemorare meis:
 Et quis Hierivadam prius fundauerat urbem:
 Quam tu cum tota gente tuere DEVS.*

INDICIA ET NOTATIONES, LOCORVM ET RERVM

memorabilium, quarum in hac Descriptione mentio fit.

Neander in Descriptione partium Orbis.

Terra sic de Turingia scribit.



Turingia, ante alias terras cui fauet alma Ceres,
 agricolæ lumen Germaniæ, alij ein seister Bauch
 des Deutschen Landes. Regio ualde populosa, in
 longitudine Duodecim Millaria, Et circumfe-
 rentia sua complexa, Duodecim Comitatus, Duodecim
 Abbatias Ducales, Gesürstete Abteyen / Vrbes 144.
 Oppida totidem, Arces 150. Pagos bis Mille. No-
 tandum tamen, quod nonnulli horum Comitatum, ut
 Orlamundanus, Vinariensis, Keffenburgensis, Brans-
 denburgensis, & alij quidam, cum familiæ Comitum
 istorum intercedissent, ad Principes & potentiores urbes
 sunt translati.

Siffridus Presbyter Misnensis, libro primo Epitomes
 suæ, sic de Turingia scribit: Saxones tunc nondum posses-
 derant illam prouinciã, quæ nunc Saxonia dicitur, terra q̄
 Turingiæ tunc ad fluuium Abim terminabatur in ijs me-
 tis, qui-

is, quibus nunc Magdeburga metropolis est. Eratq; tunc Turingia terra spaciola, quæ à natione Francorum protendebatur usq; ad Oceanum contra Septentrionem.

Marcus V Vagnerus Frimariensis, antiquitatum nostro sæculo studiosus indagator, in libello, quem de Turingia Germanicè edidit, scribit, Quod Turingia antiquitus in pagos diuisa fuerit. Nam terra ista, quæ intra Martianam syluam, quæ Ptolemæo Eremus Heluetiorum, Suis hodie der Schwarzwald uocatur, Albim, Salam, Castra virginis, Haueli ripas & Oram fluuium sita erat, pagus Nort Turingorum dicebatur. Australis Turingorum pagus erat, qui etiamnum Turingiæ appellatur nomine. Orientalis verò Turingiæ pagus ille tractus fuit, quem postea Orientalem Saxoniam dixere, usq; ad montes Sudetes. Sed sequentibus annis cum invalescente Pontificatu multa de regno Turingiæ detracta, Collegijs, Monasticis in honorem Dei & Sanctorum attribuerentur: & Saxones uicto ultimo rege Ermenfrido maximã terræ partem sive belli occupassent, sola Australis Turingia Landgrauijs remansit, quæ tamen & ipsa, Principibus, Comitibus & uicinis urbibus Imperatorum concessu sub conditione feudorum multa ad sese transferentibus, magna sui parte diminuta fuit: ut Turingia in angustos redacta fines ad pristinã regni magnitudinẽ reduci hæctenus nequiverit.

V Vartberga tempore famis, A. C. 1062. Naumburgum & Freiburgum ad Salam urbes, circa annum C. 1073. à Ludouico secundo Comite Turingiæ & Hesiæ sunt conditæ.

Vrbs & Lacus V Veiffensehensis: & alter Schuuansee appellatus, uterq; pisculentus.

Ludouicus Bauarus Imp: Northusanis & Mulhusianis magnam pecuniæ uim in dotem filia imperauit: & hi

E iij. quidem

A.

B.

quidem Imperatori statim satis fecerunt: Illos autem multis
etiam istam soluere recusantes, Fridericus secundus Mars-
chio Misniae & Landgravius Turingiae, gener Imperato-
ris, obsidione cinxit, ubi suburbio, quod ueterem pagum
nominant, incenso, & porta per prodicionem patefacta,
urbs penè occupata fuit. A. C. 1330.

C. Elgerus stirps Comitum Honsteinensium, Conditor
Ilfeldæ, moritur, A. C. 1189.

D. Albis ex montibus Boëmicis ortus, nomen habet ex
undecim fontibus, ex quorum confluxu atq; corruatione
profluit.

E. Magdeburgum ab Ottone 1. instauratum, & multis
immunitatibus, Priuilegijs & Cathedrali Ecclesia amplifi-
catum, cum antea uicus ignobilis esset, bellis Hunnorum
& Henetorum uastatus, A. C. 940.

F. Brunswiga à Brunone Saxoniae Duce cōdita, A. C. 861.

G. Tyrigetæ à fluuio Tyra, ad quem confederunt & Getis
uel Duringi, quod duri essent ad bellandum & laborandū:
uel Tyrigetæ, q. d. die teure Getæ, propter uirtutē, dicti sunt.

H. Attila, funesti seculi dira clades, urbiumq; ac terra-
rum portentosos euastator, qui superbo atq; terrifico no-
mine Dei flagellum appellari uoluit, ex Pannonia cum
quingentis millibus in Germaniam & Italiam progressus,
& magnas uastationes faciens, ad Tolosam ab Aëtis, ma-
gno praelio uictus est, A. C. 450.

I. Ursularegis Britanniae filia cū undecim millia uir-
ginibus, ab Hunnis cæsa, A. C. 450.

K. In Pannoniam reuersus Attila, etsi habuit multas
Coniuges, tamen iuuenulam ducit, quam Hildidem no-
minant, regis Bactrianorum filiam: in ijs nuptijs, cum &
laboribus certaminum equestrium, & uino & Venere cor-
pus eius inflammatū esset, nocte extinctus est, sanguine copi-
oso in fauces exundante, & ex ore erumpente, A. C. 455.

Bashius

Balsinus rex Turingorum, cui Ermenfridus filius L.
successit, A. C. 518.

Ermenfridus expulsis & cæsis fratribus, cum Theodorico Francorum rege bellum gerens, auxilio Saxonum M.
uincitur, & dolo Iringi Ducis occiditur, A. C. 524.

Hanc Historiam Siffridus Presbyter Leisnensis, Epitomes suæ ita describit: Saxones irruentes in ciuitatem Scheidingen / Regem & Ducem cum uniuerso populo, qui in ciuitate repertus fuerat, occiderunt: Deinde in reliquum uulgus Turingorum sæuientes, quicquid masculini sexus inter fluuios Albim & Vnstrute prostrauerunt, & sic illas partes Turingiæ usq; in hodiernum diem Saxones possederunt.

Bonifacius Episcopus Moguntinus, Turingorum N.
Apostolus, Ordorffensem Ecclesiam, A. C. 724. Fuldensem A. C. 745. ædificatis Templis constituit: & ad eam beatæ virginis Erffordiæ in monte, regnante Pipino, condidit, atq; Episcopatu Moguntinensi inserit. Chorus huius ædis Centies & octies Mille: Baptisterium autem in æde S. Seueri, bis mille & trecentis Florenis constiterunt: quæ pecunia omnis ex pijs donationibus collecta fuit.

Maior Varila, nunc Vargila, Pagus ad Onestrum O.
Fluuium, à Quintiliano Varo, qui cum exercitu has Regiones peruagatus est, appellatus.

Regnum Turingiæ, post cædem Ermenfridi, ad Reges Francicos & stirpem Caroli Magni, & hac extincta, P.
ad Impp. Germanos, Conradum I. Henricum Aucupem, & Ottonem I. deuolutum est, qui V Wilhelmum Filium, Episcopum Moguntinum, accessione terrarum Turingiæ & Hessiæ ornatum euexit, circa Annum Christi 962. Atq; ita Turingi & Hessi sub ditione Episcoporum Moguntinensium fuere, donec circa annum C. 1034. Conradus Saliquus Imp. intercessione coniugis Gisela, Ludouico imp.
uico imp.

uico impetrauit ab Hugone Episcopo Moguntino fratre
partem quandam Turingiæ.

Q. Fuit is Ludouicus agnatus Giselaë ex ueteri stirpe
Francica, V Vilhelmi, Comitis Aurelianensis filius, &
propter industriam & uirtutem, A. C. 1039. permissu Es
piscopi Moguntinensis, primus Comes Turingiæ & Hesi
siæ creatus: qui, quod prolixam barbam nutriret, Bar
batus uulgo dictus fuit: moritur Moguntiaë, in æde D.
Albani sepultus, A. C. 1056.

R. Ludouicus secundus, Saltator, Ludouici I. filius, succes
dit patri, A. C. 1056. secundus Comes Turingiæ & Hesiæ.

S. Fridericus secundus, Palatinus Saxonie, Friderici
Comitis Bremensis & Bithyniensis filius, à Ludouico sal
tatore, perfidiosaë uxoris consilio, cæsus. A. C. 1065.

T. Ludouicus secundus saltator propter cædem factã,
in diocæsi Magdeburgensi A. C. 1070. comprehensus, in
arte Gebichenstein propè Hallam Saxoniam ad Salam
totum biennium captiuus detinetur, ac miro consilio &
astu tandem ex custodia euadit: moritur ac sepelitur in
Cænobio Reinhartsborn, à se condito, A. C. 1085.

V. Halla Saxonica ab Ottone II. Imp. anno C. 981.
condita, cum uicus ibi fuisset, à copia boni Salis, quod ibi
conficiebatur, Dobre sole appellatus.

X. Ludouicus tertius. Hunc Lotharius Imp. gener su
pra cæteros Turingiæ Comites, quorum numero erant
duodecim, extulit, noua ornatum dignitate Comitis pro
uincialis seu Landgrauij, Turingiæ & Hesiæ. A. C. 1085.
Moritur V Wartpergæ, sepultus in Reinhartsborn, A. C.
1140.

Y. Ludouicus quartus ferreus, secundus Landgrauus
Turingiæ & Hesiæ, succedit patri, moritur Naumburgi,
sepultus in Reinhartsborn, A. C. 1168.

Frideric

Fridericus 1. Imp. ab Italis dicitur est Barbarossa, quia
rubram haberet barbam. Nam Itali colorem rubrum ap-
pellant rossum. Z.

Ludouicus Quintus, Munificus, tertius Landgrauius
us Turingiæ & Hefsiæ, succedit patri, A. C. 1168. 1.

Fridericus Barbarossa iustum & pium bellum mouet
contra Saladinum Aegypti Sultanum, qui Hierosolyman
& totam ferè Syriam, A. C. 1187. in deditiōe acceperat.
Richardus Rex Angliæ eosdem hostes mari adoritur:
Franciæ Rex Philippus, suppeditat pecuniam, A. C. 1188.
Huic expeditioni interfuit Ludouicus Quintus, Landg.
Turingiæ & Hefsiæ. 2.

Fridericus Barbarossa defatigatus labore atq; æstu,
descendit in flumen lauandi studio, quod Serram incolæ
uocant, ubi abreptus uorticibus in flumine perijt, A. C.
1189. die 10. Ianuarij. 3.

Ludouicus Quintus, Landgr. Turingiæ & Hefsiæ,
non relicta mascula sobole, domum rediturus moritur in
Asia, A. C. 1190. 4.

Hermannus, Quartus Landgrauius Turingiæ &
Hefsiæ, succedit fratri Ludouico, A. C. 1190. Capit Co-
mitem Orlamundæ, A. C. 1214. Fit Palatinus Saxonix,
A. C. 1182. Postquam Henricus Leo, Dux Saxonix &
Bauariæ potentissimus à Cæsare Friderico proscriptus es-
set: Moritur Gotæ, A. C. 1215. 5.

Ludouicus Sextus, Sanctus, Quintus Landgrauius
Turingiæ & Hefsiæ, Palatinus Saxonix, succedit patri
Hermanno, A. C. 1215. cum S. Elisabetha, Andreæ Vn-
gariæ Regis Filia, quam Hermannus A. C. 1210. missa so-
lenni Legatione, ex Vngaria Filio adduci curauerat, nus-
ptias celebrat, A. C. 1221. 6.

Ludouicus S. Fridericum 11. in Palestinam secutus
F rus, mo

rtis moritur, Hydrunt, A. C. 1227.

9. Rouinium parua urbs Histriae, Venetis subdita, ubi S. Euphemia sepulta est.

Epidaurus, hodie Ragusium, urbs Dalmatiae in litore Adriatico, tributaria Turcico Imperatori, cui tributum nomine quotannis persolvere scribitur Duodecim Ducatorum Millia: incolae sunt inhospitales.

10. Mons Sinai in Arabia Petraea duos altissimos uertices habet, uni nomen est Horeb, alteri Sinai. Ad radices montis situm est Canobium Fratrum Ordinis, D. Catharinae. De hoc Monte Souius lib. 36. Historiarum sui temporis haec prodidit: Mons Sinai natura saxeus & abruptus, in caelum exurgit, adeo ut difficilem laboriosissimumque ad cacumen euadentibus ascensum praebet: nam in summo iugo, quo maria despectantur, positum est delubrum Diuae Catharinae dicatum, quod peregrini ex omni Europa Christiani religionis causa adire solent: Immensusque pijs animis gaudio concepto, monumenta Mosaicae historiae de mari rubro, quod Pharaonis impij regis copias transire ausas miraculosa inundatione totas oppresserit, oculis intueri liceat.

11. Iordans, amnis amoenus & pisculentus, exundans sicut Nilus, & rigans Galileam: oritur in radicibus montis Libani e duobus fontibus, quorum alteri nomen est Ior, alteri Dan: efficit duos lacus, Samothidem & mare Galileae seu Tiberiadis: tandem uero in mare mortuum influit, aquasque laudatas perdit, quod scribit Plinius lib. 5. Naturalis Historiae, Cap. 15. pestilentibus mixtas.

12. Hermannus Ludouici sancti & Elisabethae Ungaricae filius, anno aetatis suae 18. veneno extinguitur, Anno C. 1241.

13. Henricus, Sextus Landgravius Turingiae & Hessiae, Palatinus Saxoniae, succedit fratri Ludouico Sancto, A. C. 1227. Et cum Pontificis Innocentij Quarti impulsu contra Friderici II. Filium
Consa-

Conradum à Principibus Imperator declaratus esset, ad Vimam sagitta traiectus occubuit, A. C. 1248.

Turingia ab Hefis auulsa; hanc Henrico Duce Brabantino, nato ex Sophia, Ludonici Sancti & Elisabethæ Filia, & Iohanne Duce Brabantiae, unde Landgrauiorum Hafsiae, qui nunc rerum potiuntur, origo est: illam Henrico Marchione Misniae qui natus erat ex Iutta sorore Ludouici Sancti, ac Duces Saxoniae & Marchiones Misniae propagauit, occupante.

Collegium Virginum in monte, qui urbi Schmellensi ad Pliffam fluuium Libonotriæ imminet, à Brunone ex ueteri familia Marchionum Misniae oriundo, Comite Pliffensi, & Domino in Schmellen, A. C. 1127. institutum: expulsisque ob luxum Monialibus, Vdo Episcopus Naumburgensis, Cognatus Brunonis, Abbatem cum quatuor Monachis regulam S. Benedicti amplexis, illic collocauit. His quoque migrare iussis, Cisteriensibus Monachis, primo Abbate Adeberto, coenobium fuit attributum. Hinc ad Salam, ubi adhuc uilla Cufana est, A. C. 1134: tandem ad secessum montis, A. C. 1175. est translatum. Hunc locum, eiectione Monachis, quibus tamen de uictu laudè prospectum fuit, Henricus Dux, & Mauricius filius, Elector Saxoniae, ambo Augustæ memoriæ Principes pietati & literis, Ann: C. 1540. & 1543 conseruarunt. Porta autem, uel quod sit porta Turingiae: uel ueteri superstitione quasi porta caeli, propter professionem Monasticam; aut à comportandis Eleemosynis: uel à portando, quod Monachi è coenobio Schmellensi discedentes supellectilem suam humeris inde exportarent, dicta est: nunc propter studium eruditæ doctrinæ & cultum religiosæ pietatis, quæ ibi florent, porta caeli rectius appellatur.

Iena urbs Turingiae ad Salam, à lano uel ubertate uini appellata, frequenti Academia celebris.

Arnstadium à Friderico secundo Graui, & Erfordiensibus A. C. 1342. obsessum. Eadem urbs sæuisimo incendio tota penè corruit, cum A. C. 1581. 7. die Augusti, 387. Aedes, una cum templo & turri huic adiuncta, Schola, curia & prædio, quod erat illustrii Comitum à Schwartzburg, præter horrea & alia ædificia, conflagrasset.

Mons

Mons prope Isennacum ad fluvium Nessam, dictus der hörsel-
berg, quasi dicas, höre der Seelen berg, spectris & empulis frequens
19. Isennacum urbs à Ludouico Secundo, Comite Turingiæ &
Hesliæ A. C. 1073 Condita.

20. Margaretha, Friderici II Imp. filia, Alberti Landgrauh Turin-
giæ uxor, fugiens insidiis mariti, & cum lacrimis & eiulatu misera-
bili filij, Friderico ac Ticemanno ualedicens, postquam Friderici
genam mordicus apprehensam læsisset, ex arce Isennacensi, ubi
non est magna altitudo à scopulo extra arcem ad fenestram, qui
locus ad huc ostenditur, cum quinque comitibus noctu demissa fuit.

21. Mulhusium ab Henrico Leone, Saxonix & Ruarix Duce, ex-
vstum, A. C. 1181.

22. Longa saltza quondam pagus fuit & uilla custodiæ ouium de-
stinata, sub dominio Præsulis Hamburgensis. Qui taudem pagum
istum præfecto suo, in præmium & compensationem operæ & se-
dulitatis in rebus Cœnobij fideliter administrandis præstitæ, iure
hæreditario attribuit. A. C. 800.

Huius præfecti posteritas, cum uirtute & potentia cresceret,
arcem munitissimam, cui Triburgi nomen indidit, in pago extru-
xit, & ad sublimiorem gradum euectæ titulum Dominorum Saltzæ
obtinet. Insigne horum fuit album cornu arietis in rubro cly-
peo, quo testarentur, se ignobili & obscura familia ortos rebus
præclare gestis ad hoc dignitatis fastigium peruenisse.

A. C. 1216. tempore Friderici Secundi Hermannus Dominus
Saltzensis munus Magistri militum Teutonicorum, quos à profes-
sione & symbolo Marianos nominant, adeptus est, cui ordini to-
tos 30. annos magna cum laude præfuit.

Anno Christi 1211. Otto Quartus, ab Innocentio tertio ex comuni-
catus & imperio deiectus persecuturus principes, qui ad mandatū
pontificis ab ipsius fide disceserant, quorum Hermannus Land-
gravius Turingiæ facile primus erat, Turingiam euastauit, & ar-
cem Triburgi obsedit. Tanti belli molem Domini Saltzenses cum
sustinere non possent in Imperatoris fidem se dediderunt, à quo
benigne suscepti huius concessu & beneficio Saltzam iure ciuitatis
& priuilegio donatamuris cinxerunt, & ut pro albo arietis cornu

grec cano

eres candidas turrets in rubro insigni depictas gestarent promeruerunt. Quo insigni urbs Saltzensis etiam nunc utitur.

A. C. 1346. Cum Domini Saltzenses tres fratres in diuisione possessionum & opum paternarum dissentirent, duo ex illis parte iuris & dominii sui Episcopo Moguntino Gerlaco, Comiti Nassæno: tertius Friderico N. Landgrauio Turingiæ ditionem suam uendidit, ac tum uterq; Princeps tam Nassensis quàm Turingus præfectos suos urbi imposuit. Sed orta inter præfides simultate, in tumultum abijt ista contentio, ac Friderici præfectus urbe expulsus est. Landgrauus ius suum armis repetiturus, urbem obsidione cinxit, & contumeliosè à præsidio Moguntino & ciuibus acceptus, coniectis facibus urbem inflammauit quo incendio 878. uel ut alij scribunt 978. uel 1096. homines perierunt, nō a numeratis illis, qui urgente vi flammaram per muros delapsi ceruicibus aut cruribus fractis miserimè interierunt. Arce obsessa ad pacificationē tandem deuentum, ac Friderici præfectus urbe receptus est. Atq; sic urbs cum arce sub diuiso imperio, Moguntini & Landgrauū fuit, donec anno C. 1396. Dominis Saltzensibus sine mascula prole, defunctis Fridericus Landgrauus, Friderici j. filius, aliquot arcibus Moguntino Episcopo traditis, totam urbem cum omni dominio permutatione ad se transtulit.

Tenstadium à copiā abietum quondam ibi enascentium nomen habet, quasi Tannenstat.

Fridericus Strenuus, Landgrauus Turingiæ, Marchio Misniæ, Libonotriæ & Landtsbergi, Comes Orlamundæ, Plissensis terræ Dominus, A. C. 1377. Ciuitati peculiare Priuilegium emendi & uendendi, importandi & exportandi res suas: & ut emptor possessionem rei aditurus, dimidium, uenditor ius suum renuncians, integrum Solidum penderet, concessit.

Balthasar & Fridericus filius, Comites Prouinciales Turingiæ, Marchiones, Misniæ, ad hanc Libertatē ciuibus à Friderico data, ius exercendi iudicium, uendendi vini & pascendi pecoris, et cætera Priuilegia, quibus urbs Saltzensis gaudet, A. C. 1404. adiunxerunt.

Augustus Elector Saxoniz, singulari erga ciuitatem propensione, mercatum frumentarium addidit, A. C. 1565.

A. C.

23.

24.

A.C. 1448 Mœnia urbi sunt circumdata.

Suburbium, quod à situ Orientali nomen habet, Dilectissimum dictum, ad præcauendas & tollendas contentiones, quæ inter vicinos assidue incidebant, à nobilibus Balhusianis, ad quorû ditionem id tum pertinebat, Friderico Landgrauio Turingiæ, Marchione Misnæ, transactione hanc approbante & confirmante, translatum, & urbi adiectum est, A. C. 1436

Pagus vicinus urbi Homonymus, à Nobili Georgio von der Helden/Senatus Tenstadiensi uenditus, & cû omni proprietate iure ac dominio in emptores translatus est, A. C. 1489. Emptionem hanc, cum Georgius Dux Saxonie ratam habuisset, secundum illud permisso Principis in bonum censiticum est conuersum.

25. Mons ad Septentrionem urbi imminens, hodiè der Nordenberg: oder der Mörderberg & uallis, der Meckenshal/ propter crebra ibi perpetrata latrocinia, idiomate Turingico à nocendo dicta.

A. C. 1587. Nocte media diem 17. Julij sequente, Turris templi Tenstadiensis major de cœlo tacta, à superiori parte unà cum interiori ædificio, tota conflagrauit, ut nihil præter exteriorem lapidum structuram incendio superesset; Horologium & dux Campanæ vi ignis liquefactæ deciderunt: quæ postea sequente anno sunt restitutæ.

26. Erfordia Turingiæ Metropolis, circa annum Christi 438. ædificari cœpit, tēpore Arcadij Cæsaris, & Merovæi Regis Francici, qui arcem in monte D. Petri, & Northulam imperialem ad nemus Hercynium condidit, atq; in prælio contra Attilam Hunnorum Regem, ad Tolosam commisso interfectus est. Hæc Arx postea à Dagoberto 1. Diuo Petro dicata & in monasterium fratrum ordinis D. Benedicti. A. C. 636. conuersa, atq; regalibus Privilegijs & opibus ditata fuit: quæ Dagobertus 3. A. C. 706. confirmavit & auxit. Ab hoc tempore, & imprimis sub Clodovæo Magno, primo Francorum Rege Christiano, qui regnare cœpit A. C. 485. & sequentibus regibus urbs numero ciuium, diuitijs, virtute & ædificiorum splendore creuit: Anno C. 1066. muris cincta, quos Conradus Episcopus Moguntinus A. C. 1164. ad iustam altitudinem perduxit. Partem horum Ludouicus Ferreus, Landgravius Turingiæ & Hesiæ, mandato Friderici Barbarossæ, qui Episcopo

Episcopo infensus erat, sequenti anno demolitus est, qui tamen concordia Magistratus & civium conatu sunt restituti. Nomen autem habet Erffordia uel à fluuio Hiera & uado, Hieruada aut uera fort appellata: uel à Molitore quodam Erff, qui in Bruloto ad traiectum fluuij habitasse dicitur, ubi tunc syluata ceruis abundans, & uicus Schildenroda fuit: qui locus hodiè ubi adiectus, & templum Andreae Apostoli ibi extructum est: undè in uetustis quibusdam Chronicis urbs Erffesfort appellatur, sunt tamen, qui à Comite quodam Erp, à quo prima urbis initia ad transitum fluuij iacta sint, Erpestordiam, & Euphoniae gratia Erffordiam dictam esse existimant. Monasterium in monte D. Cyliaci, translatis in uerbam uirginis sacris, & alio monasterio ad D. Andream ipsi extructo, propter bella, quae à Saxoniae Ducibus urbi intentabantur, in arcem conuersum est, circa annum C. 1478.

Academiae Erffordiensis & Lipsensis ex ruina scholae Pragensis prodierunt: haec anno C. 1409. die 12. Nouem. illa 1392. instituta Rodolphus Habspurgensis imp. instituit
27.
28.
28. ro conuentu Erffordiae supra septuaginta munitas arces laterocinijs infames diruit ac deleuit, supplicio sumpto de nouè & uiginti latronibus, quos in Ilmena ceperat. & Alberto, Henrici filio, Landgrauio Turingiae & Hesiæ, & filijs Friderico & Ticemanno, natis ex filia Imperatoris Friderici, pacem imperauit, A. C. 1289.

Bellum inter Erffordientes & Fridericum Landgrauium cum admorsa gena, Possessiones ab Alberto patre ipsis partim uenditas, partim oppignoratas repetentè, A. C. 1309. excitatum, quod uario euentu gestum, tandem A. C. 1318. pacificatione solutum est. Anno 79. huius belli tanta annonae difficultas extitit, ut morticinjs homines uulgò uescerentur, & ad humanas carnes deuenirent, adeo ut nec à cadaueribus furum suspensorum abstinere. Secuta est crude-

crudelissima Pests, quæ innumerabilem hominum multitudinem sustulit: Et cum Coemiteria sepellendis corporibus non sufficerent, in loco qui Schmidestedt dicitur, prope Erffordiam quinque foueæ factæ sunt, in quas multa hominum millia coniecta & terrâ obruta sunt. Quidam uerò hoc in annum C. 1438. referunt, quo similis Inopia & caritas rei frumentariæ, & hanc consecuta Pestilentia grassata fuit. Huius famis memoria ut retineatur, quotannis die Marci Panes minuti Erffordiae pinsuntur, ob id Sancti Marci Panes uocati, quorum unus tribus nummis emptus est.

30.

Incendium Erffordiae à Monacho Portensi, pecunia ad id conducto, A. C. 1472. die Gerasij & Protasij excitatum est, quo bis mille & viginti quatuor domos conflagrarunt, non annumeratis templis, horreis & alijs ædificijs quamplurimis igne absumptis: Quidam Sex milia ædificiorum flammis hausta scribunt. Deformata fuit incendio ædes D. Virginis in Monte, tecto exusto cum omni interiore ornatu, & culminibus trium turrium: liquefactis omnibus Campanis, inter quas una insignis fuit, ob elegantem sonum Gloriosa dicta: In huius locum alia, quæ propter ingentem magnitudinem hodiè cum admiratione in turri ad D. Virginem à multis uisitur, Architecto & fabro Erhardo Campensi, A.

C. 1497. fusa est, cuius pondus ducentorum

& septuaginta talentorum est

se scribitur.


*Erphordia Georgius Bauman senior excu-
debat, Anno 1597.*




Ma 370

X 220 7141

ML





HISTORICA TVRINGIÆ DE- SCRIPTIO.



In qua

De Gentis Origine, Re-
gno, Comitibus & Landgrauijs,
usq; ad Henricum Sextum, quo ad
Vlmam sagitta traiccto, Turingia
ab Hesia auulsa ad Marchiones
Misniæ est deuoluta, deq; inclitæ
& liberæ urbis Erffordiensis
exordio & incremento
breuiter tractatur,

Autore

*Iobanne Ixenschmidio, Pastore Eccle-
siæ in Minori Tenstlad.*

M. D. XCVII.